



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXV. Markgraf Woldemar verspricht Salzwedel bei seinen Rechten zu lassen, auch wenn Markgraf Johann ohne Erben sterben sollte, am 14. Mai 1309.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

scriptus vel maleficus deprehenderetur per vos vel per cives vestros, expense, que super eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cause. Si vero tempore medio aliqua in hiis confurgeret violencia contra ordinem juris, illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Landing, ex tunc sicut ex nunc, expense communes debent esse. Item si aliqua enormitas five violencia per potentes aliquos fieret in vestra civitate, dummodo consules talem sibi assumerent violenciam, tunc iterum expense communes esse debent. Datum in Berlin, anno Domini MCCCIX. Dominica ante ascensionem Domini.

Nach Lenz Br. Urk. S. 918.

LXV. Markgraf Woldemar verspricht Saltwedel bei seinen Rechten zu lassen, auch wenn Markgraf Johann ohne Erben sterben sollte, am 14. Mai 1309.

Vniuersis presens scriptum visuris seu auditoris. Nos Woldemarys, Dei gratia Brandenburg, Landesberch et de Lufaz Marchio, tutorque Illustris Johannis, de Brandenburg Marchionis, volumus esse notum, quod nostros fideles, cives civitatis Saltwedel in omnibus iuribus et libertatibus eorum, quibus hactenus usi sunt, et que publicis literarum instrumentis super hoc traditis demonstrare poterint, ex nunc, etiam si ipsum Marchionem Johannem, cujus tutelam gerimus, absque heredibus, quod absit, mori continget, confovere volumus, et favorabiliter conservare, grata et rata habentes uniuersa privilegia, ipsis civibus super huiusmodi iuribus et libertatibus, a nostris predecessoribus liberaliter indulta, que quidem ratificamus, et presentis scripti patrocinio confirmamus, cui nostrum sigillum ad maiorem cautelam premissorum et firmiorem evidentiam est appensum. Id ipsum etiam Dominus Marchio Johannes, noster sororius, suis literis facere tenebitur, cum ad annos pervenerit etati legitime deputatos, ad quod tunc opem et operam prestabimus efficacem, ut in presentibus profitemur. Actum et Datum in Sandow, Anno Domini Millefimo CCC^o. IX^o. feria quarta ante penthecostes.

Nach dem Originale im Salz. Archive I, 1.

LXVI. Der Rath der Neustadt Brandenburg giebt dieselbe Erklärung wie Berlin und Cöln ab, am 25. Juni 1309.

Prudentibus viris et honestis Consulibus et iuratis in Soltwedel, Consules nove civitatis Brandenburgensis obsequiosam in omnibus voluntatem. Tenore presentium vestre recognoscimus honestati publice protestantes, quod hanc inter nos ordinavimus siue fecimus unio-
nem, ut si aliquis proscriptus siue maleficus deprehenderetur per vos vel per cives vestros, expense, que super eo fierent, per vos ferre debetis usque ad finem cause. Si vero tempore medio aliqua in hiis confurgeret violencia contra jus nostrum, illas expensas communiter ferre volumus inter nos. Item si aliqui cives traherentur ad placita terre, que in vulgo dicuntur Landtinc, extunc